

Epigrammatum Graecorum Spicilegium tertium.

1.

Αἰνε[ί]α τόδε σῆ[μα πατῆρ] Τιμοκλής ἐπέ[θ]ηκεν.

Titulus Eleusinius vetustis litteris scriptus, a L. Rossio editus in Gerhardi Diurnis archaeolog. 1844 p. 259. De correpta in nomine propria vocali v. Franz. Elem. p. 6. 7.

2.

Ὁ δῆμος Ἀθηαῖον Ἀρτεμιδώρου.

*Καὶ τὸ πρὶν ἐν πολέμοις τηρῶν πύργον, παροδίτα,
καὶ νῦν τηρήσω ὡς δύναμαι, νέκυσ ὦν.*

Stele Attica in Museo Britannico, ubi descripsi. Verba δῆμος laurea corona includuntur, infra quam sequitur nomen et anaglyphum, vir decumbens pateramque manu tenens, hinc distichon duobus versibus scriptum. Nomen Ἀθηαῖος in numo Milesio legitur apud Mionnetum Suppl. Vol. VI p. 266. In eodem Museo a. 1844 descripsi titulum, quem prope Tænarum viderat Pouquevillius, unde transit in C. I. n. 1495 et in Syllogem nostram n. 25. Scriptus est in parva tabula, ex maiore marmore excisa; hexametri duo quinque versibus litteris profundis exarati sunt.

2*.

*Σῆμα τόδ' Οἰναίου Διονυσίου, τῶν δ' ἔτι πρόσθεν,
Πεῖθωνος πατρὸς οὗ καὶ Φειδίππου τόδε θείου
τούτου. τῶν τ' ἄλλων ὧν τύπος εἰκόν' ἔχει.*

Athenis in stele, in qua eorum quorum effigies supra inscriptionem effictæ erant nil nisi pedes etiamnum extant. Descripsit a. 1843 editique L. Rossius in Demis Atticis 1846 p. 87 n. 140.

3.

*Θευδότα, ἃ [μάτ]ηρ σ' ἐ[τεκ'] ἐς τόδε δάκρυ. ἄ[φρ]ως
γὰρ*

ἀρηάξας σ' Ἀΐδας σὺν ἐμάρανεν ἀκμάν.

In Isthmo inventum ex tribus apographis conspirantibus edidit L. Rossius Hellenic. fasc. II p. 97. G. Hermannus in programmate de loco Callimacheo 1847 p. 10 emendavit ἔτεκ' ἐς πολὺ δάκρυ. Sed in Theodoridae epigrammate ab ipso collato: Θεύδοτε, κηδεμόνων μέγα δάκρυον, ut δάκρυον est causa lacrymarum, ut apud Herodotum VII, 169 δάκρυμα est res lacrymabilis, ita illic τόδε δάκρυ ad raptum Plutonis vel omnino ad stelen δεικτικῶς referri potest, tantum luctum quantum hic significatum vides. Quare ΤΟΔΕ non muto in ΠΟΛΥ, quae a sculptore permutata esse, praesertim in tam brevi inscriptione, vix credibile est. — Append. Epigr. n. 229 ἦρασ' ἄφρωνς Ἀΐδας.

4.

Ἐσθλὸν τῆδ' ἱερῆα καὶ εὐσεβῆ ἀμφικαλύπτει
 χθῶν ἥδε Κλειτοφῶντα τὸν Ἐρασισθένους·
 σήλην δ' ἔστησες σὺ πατέρ ἐπὶ σήμαιι τήνδε·
 αὐξοῦσα φήμην πατρὸς εὐκλεῆ γραφῆ.

In hortulo urbis Syrae descripsit Le Bas *Revue archéolog.* 1744 T. I p. 41. Iambos pro pentametris ut poneret, nominum compositione coactus fuit scriptor. Eadem licentia in Append. Jacobs. n. 259: inventor artificii Simonides. Genitivo Ἐρασισθένους litteram finalem addidi, quae si revera non exsculpta fuit, lapicidae haec fuerit culpa. In ultimo versu neque asyndeton est, neque ellipsis praeter frequentissimam illam verbi substantivi. Sola igitur prosodia laesa in πατέρ.

5.

Ὁ μουσοτέχνας μ' ἐκτρέφει Καλλι[οι]τος,
 πᾶσαν μάθησιν ὑμνοποιὸν ἐνδιδούς·
 εἰς μέτρα δ' ἦβης ὡς ἀνηρόμην, τότε
 ἄωρος εἰς ἄστρεπτον ὠχρόμην τόπον.
 ἔχεις ἅπαντα μῦθον, εὐόδει ξένη.

In Amorgo insula invenit L. Rossius Inscr. fasc. II n. 118, restituit C. A. Keilius in Iahnii Annalium Vol. XL p.

282, quocum in omnibus convenit Franzio in huius Musei T. III p. 93. V. 1. emendant *μόνσοιτέχνης*. *ΜΕΚΛΡΕΦΕΙ*. V. 2. *ΤΜΝΟΙΣΟΤΟΝ*. V. 3. *ΘΗΚΗΣ. ΑΝΗΡΟΜΗΝ*, Keil. *ἀνηρόμην*, non negans ferri posse etiam quod scriptum est. *Ἡβης μέτρον* Hesiodus Op. et D. 130, *ἐν βιοτιῆς μέτροις* Append. Epigr. n. 340. V. 4. *ΛΩΟΣΕΙΣΑΡ. ΜΙΙ ΤΟΝ ΟΝ Ε ΜΗΝΤΡ.ΟΝ*. V. 5. *ΕΤΟΟΗΙ*. C. I. n. 3706 3. *χαῖρε ποροδεῖτα· ἔγνωκας, ἔρωσο, ὑγίαινε, εὐόδει*. Iacobs. Append. n. 236, 2 *ἀλλὰ σταθεῖς ἄκουε καὶ μαθῶν ἄπει*.

6.

*Τέχνας μὲν παράσαμον ἔχει τάφος· εἰμὶ δὲ Χρύσω[ν,
πατρὶς δ' ἔστι Κνίδος, γὰρ δέ μ' ἔχει Ῥοδία.*

In cista cineraria quadrata, in qua artis quidem nota consideratur, in insula Rhodo. Edidit L. Rossius *Archaeolog. Zeitung* 1845 p. 134. *Χρύσων* nomen videtur esse novum. Sosimi, fabri ferrarii, artis *παράσημον* sunt scuta. Syll. Epigr. Gr. n. 3, ubi plura afferuntur *συνθήματα τέχνης*: alia symbola eiusmodi habes apud Antipatrum Sid. n. 88—90. 92 s.

7.

*Ἰσθμέ, παλαιγενέος νήσου πέδον, ἄφθιτε δῆμε,
σοὶ μεγάλων δώρων καὶ νέκυς οἶδα χάριν·
εἰκόνι καὶ στεφάνοισιν ἀειμνήστω [τε γεραοθεῖς]
σήματι τοῦ πικροῦ ῥῆσιν ἔχω θανάτου.*

In Co insula, in vico Cephalia descriptum a iuvenibus Cois, a quibus accepit L. Rossius Inscr. Gr. ined. fasc. III p. 43 n. 304. Quae male exceptae fuerant litterae, eae sunt omnes eiusmodi, ut et facile et certo corrigi potuerint. Nam cur displiceat invocatio *Ἰσθμέ, ἄφθιτε δῆμε*, non intelligo equidem, cum amor in populares, quo insigne est epigramma, quam maxime convenire videatur. V. 1. *ΝΗΣΣΘΥ*. V. 3. *ΑΕΙΜΝΗΣΤΩ*. Rossius Ω in O mutato supplet *ἀειμνήστοιαι κοσμηθεῖς*, gravi cum metri damno. Sed non monumento

magis quam imagine et corona a civibus impertita continetur ῥῆσις θανάτου, quare ad haec omnia pariter eam refero. In schedis, e quibus haec edita sunt, hanc inscriptionem continuo excipit altera: ὁ δᾶμος ὁ Ἰσθμιοῦν ἐτίμασεν τιμαῖς τρίταις Σάτυρον Θεμιστοκλέους λατρὸν στεφάνῳ χρυσέῳ ἀπὸ χρυσῶν ἢ καὶ εἰκόνι χαλκῇ ἀρετᾶς ἔνεκεν τᾶς κατὰ τὴν τέχνην καὶ εὐνοίας τᾶς ἐς αὐτόν, et quum in utraque et vici nomen et effigies una cum corona inter se conveniant, praeterea autem nomen defuncti epitaphio non additum sit, probabilis est coniectura editoris hoc cum antecedente inscriptione coniungendum esse ita, ut in stele ipsa adscriptum cogitemus decretum publicum, quo nihil honorificentius esset Satyro. Idque eo magis verum esse puto, quod inde argumentum et inventio elegantis epigrammatis illustrantur. Satyrus quidam commentarios scripsit in aliquot libros Hippocrateos.

8.

Πύκτην Ἄσκεπτον λεύσσεις ἐμέ, τὸν κατέπεφνον
Πάρδος, ὁμοίου τευξόμενος θανάτου.

Ex Smyrnaeis Sherardi schedis editum in C. I. n. 3284. In ἈΣΚΕΠΙΟΝ cum Π ligato caractere expressum fuisse videtur T. Nomen Ἄσκεπιος legitur ibid. n. 2427. ΑΕΤΣΕΙΣ. ΟΜΟΙΕΙΟΤ et ΤΕΥΞΕΜΕΝΟΣ, quod in τευξόμενος mutavit editor, pro τυχών dictum putans. Praetuli futurum.

9.

Ἐόρτη ἡ γυνὴ αὐτοῦ καὶ Ἀσκληπιάδης ὁ υἱὸς αὐτοῦ Δανάφ, δευτέρῳ
πάλλῳ Θρακῶν, μνείας χάριν.

Ἐννεάκις πυκτεύσας ᾗχετο εἰς Αἶδην.

Pentameter hic legitur in marmore sepulcrali, quod ab isthmo Cyziceno ante paucos annos Alexandriam delatum edit et cum anaglypho, quo ornatum est, explicavit Letronnius *Revue archéologique* 1846 Vol. III p. 1—11, cui nemo poterit assentiri quod ultima verba hexametrum constituere putat:

[Δάναος] ἔννεάκις (vel ἔννεάκις Δάναος) πυκτεύσας
ᾗχετ' ἐς Αἶδην,

cum admissa modo synizesi in primo vocabulo neque supplemento, cui in marmore non est locus, neque mutatione praepositionis εἰς in ἐς opus sit. Tres ultimi versus sunt:

XAPIN

NNCAKICHTKTEPCACΩXETOEIC

AIΔHN.

Nomine Ἐόρτη augentur exempla in hoc Museo T. II p. 243 ad ep. 14 congesta, quibus addantur etiam Δύναμις, quod habet Papeus, Ἀνάτα, C. I. T. II Add. n. 2143 c et Προσδοκία, Ross. inscr. fasc. III n. 285, HEVRESIS, *Bullet. archeolog.* 1847 p. 30, Χρυσός, nomen puellae in vase picto, de quo minus recte iudicat O. Iahn *Archaeolog. Zeitung* 1847 p. 40. Derivatam Ἐόρτιος ex Libanio et inscriptione Atheniensi advocat Letronnius. Etiam in Aëolicam et Cypriam formam ἔροτις, quae tamen in Argivo quoque titulo invenitur infra n. 21, 6, Romae incidi in titulo Collegii Romani, quem hic transcribo simul propter adiectivum πάμμουσος.

D. M.

EROTISALVMNO

DVLCISIMOETPAMMVSO

GTMNICOVALENTINES

FILIESMEESVIXITANNOS

XVI

DEFVNCTVS·EST·IDIBVS

IVNIS·DIES·ATVRNI

ORANONA

Pentametrum agnoscit etiam Le Bas in eodem diario archaeologico T. III p. 84, corrigens ἐννάκι, quum in Anthol. Pal. XIV, 120, 8 legatur Ἐννάκι δ' ἐννέα Μοῦσαι. Sed ibi potius scribendum ἐννεάκι.

10.

Ἐπ' ὠκυμορῶ[τάτ]ο[v] Ἀσκληπιοδότου
πατρὸς Νόητος χῶσεν εἰερκῆ τάφον,
καὶ ξεστὸν οἴκτρο[σ]ῦ παιδὸς ἄνω σήματι

ἔθηκε βωμόν, πενταέτους τ' εἰκό τέκνον,
 5 κενὴν ὄνησιν ὀμμάτων, χαράξατο,
 τὴν πᾶσαν εἰς γῆν ἐλπίδων κρύψας χαράν.
 μήτηρ δ' ἐν οἴκοις, ἅ τάλαιν', ὀδύρεται
 νικῶσα θρήνοις πενθίμην ἀηδόνα.

Cii ad mare, nunc Guemlick, descripsit Le Bas, *Revue de philologie* 1845 T. I p. 34, qui versum 1. paulum super septem reliquos elegantia quadam calligraphica eminentem sensu quoque ab iis distinguens scripsit: ἐπ' ὠκυμόρω φόνον Ἀσκληπιοδότου, ita ut haec verba tanquam indicem epigrammati superscripta esse videatur putasse. Sed neque φόνον sensum praebet commodum, neque potest ferri Dorismus ὠκυμόρω. Litterae, si recte dignovit peregrinator strenuus, hae sunt:

ΕΠΩΚΥΜΟΡΩΩΙΟΙΙΟΝΑΣΚΛΗΠΙΟΔΟΤΟΥ.

In quibus quod pro *I* bis scribimus *T*, difficultatem non habet, facillime errari poterat etiam in littera *T*, sed dubitationem movent *O* pro *A* lectum et duae lineae *II* pro uno *τ*, quum reliqua omnia optime scripta esse videantur. Schneidewinus in *Ephemer. Halensibus* 1843 m. Mart. Append. n. 143 restituere conatus est ἐπ' ὠκυμοίρου τοῖον, in quo neque τοῖον τάφον placet et plures litterae mutandae fuerunt, ne dicam de forma insolita ὠκύμοιρος, ad imitationem vocis κακόμοιρος accommodata. Versus pessimus erit utcunque restitutus lapidis scripturam. Super filium coacervatus est tumulus, ἐπὶ Ἀσκληπιοδότου πατὴρ χάσεν τάφον (ἐπὶ cum gen. ut apud Aeschylum σῆμ' ἐπ' ἀσπίδος ἔχει), exstructum igitur hoc modo sepulcrum, σῆμα, cui tum imponitur vel stele, vel ara sepulcralis. Veluti pater supra n. 5 στήλην ἔστησεν — ἐπὶ σήματι, C. I. II p. 978 n. 3797 e σῆμα τε καὶ βωμόν τεῦξεν ἀποφθιμένῳ, ut super Epaminondae tumulo stelen legimus positam apud Pausaniam VIII, 11, 5. In ara ipsa sive stele exsculpta erat effigies pueri. Νόητος nomen est in C. I. n. 1241. 1249. V. 3. ANΩ, Schneidewinus, ἀγχοῦ, contra usum, ex quo ara sepulcralis non ad latus sepulcri, sed super

ipso ponebatur. Brevis producta est etiam in *Ἀσκληπιοδότου*. V. 7 non temere nec sine vi illatus est Dorismus ἀ τάλαινα, sed alludit haec vox et tanquam formula poetarum dictis de Iuscinia, ut Plutarchus de fortitud. Alex. II. 7 scribit ὁ σιδάρεος ἐκεῖνος πεπαινόμενος. Aliquando etiam vim comicam habet vox Dorica ut apud Horat. Sat. II, 133.

11.

Χαῖρε Τύχη, ψυχὴ καλή, ζήσασα ἔτη ἑ.

Τύχη θυγάτηρ Γαῖου τοῦ Ἑρμογένους τοῦ Πύθα.

Scalae Novae (Marathesii), non longe ab Epheso. Boeckh. C. I. n. 3025. De littera numerali in versum coacta v. hoc Museum T. II p. 243 n. 14.

12.

Μάρκος τ' ἀδελφὸς καὶ Τρόφιμος σὸς εὐνέτης
σοὶ τόνδε τύμβον, ὦ καλὴ Κορινθία,
λαῖνον ἔτευξαν ὠ[κυ]μύρω μνήμης [χάρ]ιν.

Μόνους ἰδοῦ[σαν] εἴκοσ' ἐνια[υτῶν] κύκλους
Αἶδης κέ[κευ]θε τὴν κα[λὴν] Κορινθ[ίαν].

In Phrygia in vico Eriguez descripsit Le Bas, *Revue de philol.* I p. 335. In stele, in qua imago mulieris sedentis exsculpta fuit, nunc destructa, utrinque scripta haec sunt. Lacunae omnes explentur facillime.

13.

Ἀλέξανδρος Ἰάννα τῷ ἰδίῳ υἱῷ μνήμης ἔνεκεν.

Οὐ τὸ θαν[εῖν] ἀλγεινόν, [ἐπεὶ] τό[δε] πᾶσι πέφρωται,
ἀλλὰ [πρὶν ἡλι]κίας καὶ γονέων πρότερον.
οὐ γ' ἄμον, οὐχ' ὑμέναιον ἰδών, οὐ νύμφια λέκτρα
κεῖμαι, ἔ[ρω]ς π[ολλ]ῶν, ἐ[ρά]μενος πλεό[νω]ν.

Non longe a vico modo indicato invenit Le Bas unaque cum praecedente epigrammate edidit 'p. 334. Priore disticho saepius usi videntur, v. T. I p. 207 n. 12. (C. I. n. 3136.) Ultimus versus, si revera haec eius sunt in marmore reliquiae:

ΚΕΙΜΑΙΕ. ΟΛΛ. Ν. . ΜΕΝΟΣΠΛΑΕΟ . . Ν

non videtur aliter posse suppleri quam in quem sensum ante me supplevit, si recte intelligo, editor Parisiensis, quamvis in verbis eximie falsus, qui scribat: *ἐρῶν πολλῶν, ἠράμενος πλεόνων, emportant avec moi de nombreux regrets, en laissant de plus nombreux encore*. Producta in *ἐράμενος* initialis sequente liquida non satis excusatur. Hesych. *ἐράμενος, ἐπιθυμίας*. Litterarum forma antiquior: *ΤΩΠΛΑΙΩΤΙΩΙ, ΠΕΠΡΩΤΑΙ*.

14.

*Ὀνόμα' μοι Μενέλαος· ἀτὰρ δέμας ἐνθάδε κεῖται,
ψυχὴ δ' ἀθανάτων αἰθέρα ναιετάει.*

Hoc quoque epitaphion una cum antecedentibus et inventum et editum est p. 335, ubi quod editor pro incognito apponit epigramma in canem scriptum cum antea tum in C. I. n. 2559 editum est.

15.

*Βάσκανος ἢ φθόνος [ἦ]ρε νέον Εὐκλάδιον καλόν, οἴμοι,
[καί] κλαίει σε τεκοῦσα, ἐπεὶ πολὺ φίλτατος ἦσο,
καὶ λύπας μεγάλας κατελίμπανες οἷσιν ἀδελφοῖς,
καὶ θρηνεῖ σε γυνὴ καὶ παῖδες δακρυχέουσι,
βωμὸν στήσαντε[ς] τὰ προγράμματα ταῦτ' ἐπιθέντες
λαϊνέω τύμβω, μυρόμενοι περὶ σου.
Μνήμης χάριν.*

Non procul ab Eriguez in vico Assardiick. Editori quod l. l. p. 336—38 lapicidae culpa aliquot versuum formam distortam esse putat, assensus, lenius tamen illo ita restitui, ut v. 1. adiectiva *νέον* et *καλόν*, quorum prius monosyllabum est, locum mutare iuberem et pentametrum formarem altera hephthemimeri, quae post hexametrum quartum legitur et a Gallico Critico prorsus expulsatur, ad finem carminis revocata. Similem aberrationem ante oculos pono n. 19. Nomen *Εὐκλάδιος* ex Libanio in Onomatologum suum intulit Papeus, et *Κλάδος* in pulchro eiusdem cum his proventus epigrammate

agnovit Schneidewinus in huius Musei Vol. IV p. 474. Similia sunt *Θύρσις, Μόσχος, Λάφρις*. V. 3 *TOICIN*, fortasse sculptoris culpa, qui etiam V. 1 *OIMMOI* scripsit, cum *οἷσιν* pro *σοῖς* dici nesciret. V. 5 scr. *γράφματα*. Notissima cum sit mali oculi superstilitio (cf. T. II p. 264), certos tamen homines invidia enecatōs non memini me invenire memoratos.

16.

Ἐρσεα σοῦ, Πώμπιλλα, καὶ εἰς κρῖνα βλαστήσειεν
ὄσ τε κα[ι] θαλλο[ύ]ς ἐν πετάλοισ[ι] ῥόδων,
ἡδυπνοῦ τε κρόκου καὶ ἀγηράτου ἀμαράντ[ου]
κεῖς καλὰ βλαστήσαις ἄνθεα λευκοῖον·

5 ὥς, ἴσα Ναρκίσσῳ τε πολυκλαύτῳ θ' Ἐκκίνθῳ,
[κ]αὶ σὸν ἐν ὀψιγόνο[ις] ἄνθος ἔχει τι χρόνος.
[Ἡδ]ε γὰ[ρ], ἡνίκα πνεῦμα μελῶν ἀπέλυε Φίλιππος,
Ἀ[ή]θ[η]ν ἀκροτάτοις χεῖλεσι προσπελάσας,
σταῖσα λι[π]οψυχ[ο]ῦντος ὑπὲρ γαμέτου Πώμπιλλ[α]
10 τὴν κείνου ζωὴν ἀντέλαβε θανάτου.

[Τ]οίην σ[υ]ζυγί[α]ν ἔτεμεν θεός, ὥστε θανεῖν μ[ἐν]
Πώμπιλλαν γλυκεροῦ λύτρον ὑπὲρ γαμέτου,
ζῆν δ' ἄκοντα Φίλιππον, ἐπευχόμενον διὰ παντὸς
συγκεράσαι ψυχ[ῆ]ν πνεῦμα φιλανδροτάτη.

In sepulcro ex ipsa rupe cum innumeris aliis excavato et in formam aediculae insigniter exornato, fastigio quatuor columnis suffulto, in Sardinia ante portas urbis Cagliari, in suburbio Santa Tenera. Vulgo dicitur *Grutta dessa Bipera*, quam descripsit et delineatam dedit Vir praestantissimus Alb. della Marmora in itinerario Sardiniae iustis laudibus celebrato, P. alt. quae est de antiquitatibus insulae, p. 510—513, tab. XXXV, 1, una cum inscriptionibus, quibus et extrinsecus et intrinsecus instructa est, Latinis novem et duabus Graecis, in rupe excisis et quotquot sunt in eandem uxorem fidam scriptis, cui maritus Cassius Philippus sepulcrum dedicavit. Latina quidem edita exstant apud Muratorium p. 1638, 4, Burmannum Anthol. Lat. T. II p. 60 s. aliosque, sed curatius

descripta nunc leguntur in Itinerario p. 486—88, uno epigrammate etiam aucta. Graeca, quum longioris Muratorius primum tantummodo versum, alterius trium versuum initia protulisset, primus in lucem protraxit della Marmora deque iis disputavit Le Bas in appendice libri p. 570—586, ubi etiam apographum pluribus litteris auxit, quas in carta humefacta in ipsum lapidem impressa (*estampage*) agnoscere liceret (p. 577). Duo sunt quae in Graeco epigrammate non significata Latinorum duo referunt, exilium mariti et matrimonii tempus.

Urbis alumna graves casus huc usque secuta
coniugis infelicis, Atilia, cura mariti,
hic sita sum, manibus grati sacrata mariti,
pro cuius vita vitam pensare precanti
indulsere dei; ne cesset fama meremur.

Alterum:

Unum et viginti bis iuncti viximus annos,
una fides nobis gaudia multa dedit.
Et prior ad Leth[en] quum sit Pomptilla recepta,
tempore tu, dixit, vive Philippe meo.
Nunc aeterna quies Ditisque silentia maesta
hanc statuere ampla pro pietate domum.

Quod proxime sequitur votum uxori piae, dolore propter mariti morbum excruciatæ expressum et a diis exauditum, quod praeter unum omnia concelebrant, his verbis mariti nomine praedicat:

Languentem tristis dum flet Pomptilla maritum,
vovit pro vita coniugis ipsa mori.
Protinus in placidam delabi visa quietem
occidit. O celeres in mala vota dei!
Has audire preces! vitam servare marito!
ut pereat vita dulcior illa mihi.

V. 5 legebatur: *has audite preces*, unde factum est ut Burmannus emendaret *servate* et v. sequ. *ille*, quod pugnat cum v. quarto, quo non uxor toquitur, sed maritus diis obicit vota nimis cito impleta, quae, ut nunc videmus, quum mala

fuerint, omnino audire non debuissent. Cf. epigr. Graecum v. 13. Ceterum vides iam, quid verum fuisse videatur, quid et feminae maritum in exilium comitatae et mala multa lubenti animo et amore aucto potius quam imminuto cum ipso per-pessae admiratio, quid poetica elegantia addiderint, ut in novae Alcestidis famam Pomptilla excresceret. Alius dubitanter adeo vel ambigue hanc famam tangit:

Quod credis templum, quod forte viator adoras,
 Pomptillae cineres ossaque parva tegit:
 Sardoia tellure premor comitata maritum,
 proque viro fama est me voluisse mori.

Et cum illo Pomptillae sepulcrum *domum* ad veritatem dixisset, alius qui post Philippi mortem poetavit, templum inde facit et ex mortali deam.

Hic Pomptilla iacet cineres amplexa Philippi,
 coniugis; his aris includitur [arc]a duorum,
 quae facit ad famae vivens [orbe] argumentum.
 Iunonis sedes infernae cernite cuncti,
 numine mutato fulget Pomptilla per aevom.

V. 3. Le Bas *FACITAD* mutat in *tacitae*, in lacuna scribens *erit*. Sed emendandi licentia in hoc monumento non probanda, et supplemento solo, quale excogitavimus, tolerabilis restituitur sententia. V. 4. in lapide est *AEDES*, excusabili sculptoris errore. Gravior error est quod Le Bas V. 5. *NVMINE* mutat in *nomine*. Nam Iuno inferorum mutata est in Pomptillam dum eius in locum illa succedit, quod insulsae adulationis genus non inauditum est in titutis sepulcralibus, v. huius Musei T. II p. 241. Quod diversum est ab eo, quod propter ironicam quandam tecti coniugalis cum Proserpinae thalamo comparationem in aliquot epitaphiis Le Bas falso statuit et hic et in libro suo *Monum. d'antiquité figurée* p. 170, iuvenes ante nuptias mortuos sponso Proserpinae habitos esse, similiterque Plutonis sponsas virgines immatura morte peremtas.

Ut ad Graecum carmen accedamus v. 1. ἔρσαα propter

Hesychii glossam ἔρσεα, δροσώδη cum ὄστεα coniungitur: *que les cendres fécondés par la rosée se transforment.* Quod vereor ut stare posset etiamsi ἔρσεα, δροσώδη, non potius scribendum esset ἔρσατα, quod a versu excluditur. Mihi ἔρσος sertum esse videtur, ut ἔρσις, ἔρσις, nexus plexus, sertum dici pro copia florum. Ad ἔρσεα autem ex sequentibus retrahenda sive repetenda est praepositio εἰς, ex usu poetarum frequentissimo. Pind. J. I, 39 ῥέεθροισι τε Δίρκας καὶ παρῶ Εὐρώτα. P. VIII extr. Δι καὶ κρέοντι σὺν Αἰακῶ, P. II, 59 κρεάτεσσι τε καὶ περὶ τιμῶ. Alcm. fr. 37 φοίναις δὲ καὶ ἐν θιάσοισιν ἀνδρείων. Sophoc. Antig. 364 ed. G. Herm. ποτὲ μὲν κακόν, ἄλλοτ' ἐπ' ἐσθλὸν ἔρπει. Philoct. 1370 λέγεις δ' Ἀτρεΐδαις ὄφελος ἢ ἢ ἐμοὶ τάδε. De metamorphosi cinerum in flores Commentator confert Iuven. VII, 202 s. Pers. I, 38—42, Anthol. Lat. T. II ep. 246. 157. et 186, quae tamen omnia paulo diversa sunt praeter ultimum, cum in tertio disticho, ὡς ἴσα Ναρκίσσω κ. τ. λ. sententia absolvetur, quae in illo carmine Latino pariter continetur.

O mihi si Superi vellent praestare roganti,
 ut tuo de tumulo flores ego crescere natos
 cernam, vel viridi e ramo vel flore amaranti,
 vel roseo vel purpureo violaeque nitore;
 ut quum praeteriens gressu tardante viator
 viderit hos flores, titulum legat et sibi dicat:
 hic flos est corpus, Flavia Nicopolis.

In quibus usus sum Burmanni emendationibus p. 136. V. 11. ab initio *T* excidisse reor, non probans οἴην: *ainsi un Dieu a rompu cette douce union.* V. 5. ΝΑΡΚΙΣΣΩΙ et ΤΑΚΙΝΘΩΙ. 14 ΦΙΛΑΝΑΠΟΤΑΘΙ. 13 ΖΗΝ.

Alterius epigrammatis Graeci quae fuerit sententia ex iniiliis versuum, quae conservata sunt, certo colligi potest, quomodo expressa fuerit, ex paucis litteris et loco et ductibus admodum incertis, nunquam poterit erui, quamvis versus non inepte explevit Lebas. Parcarum una quum iam in eo esset,

ut filium vitae Philippi verteret, votis suis Pomptilla effecit, ut ille viveret, ipsa pro eo extingueretur:

Ἐο[τ]ρεψεν Μοιρῶν μία νήματα
 [τ]αῖς ἰδίαις εὐχαῖς
 [ῆ] περίφρων Πώμπτιλλα
 ἦτις [ύ]πὲρ γαμέτου

De Cassio Philippo, Pomptilla et filiis eius ex inscriptione supra portam sepulcri extante disputat Lebas p. 584 ss. cui non accedo quod propter illam a filiis sepulcrum post mortem patris in memoriam miraculi, ut vocat, cuius fama per insulam eximia fuerit, exstructum putat et certamen musicum institutum, ex quo prodierint tot epigrammata, nempe quae praemium obtinuissent. Uni Pomptillae dedicatum monumentum testificatur titulus in epistylis per totam sepulcri latitudinem extractus: . . . **ΠΟΟ.** (pia) **MEMORIAE. ATILIAE. LF. POMPTILLAE. BENEDICTAE**, et maritum dedicasse demonstrat etiam epigramma primo loco a nobis descriptum et hoc maxime, quod collatis annotationibus criticis p. 574 s. ita restituendum videtur:

Templa viri pietas fecit pro funere magno

Pomptillae; meruit [femi]na casta coli.

Nam se devovit iam [defi]ciente marito,

rapta viro, [s]a[lvus] staret] ut ille, suo.

Non miramur Pomptillam tot celebratam epitaphiis, quum saepius in eodem lapide duo, tria, quatuor, Graeca cum Latinis iuncta insculpta videamus (Syll. Epigr. Gr. n. 23 cf. p. XX, C. I. T. II p. 58 n. 1988b p. 841 n. 2347), matronae autem illius dignissimae casu multi ut moverentur constantia eius faceret per longam vitam probata et, cum gravi morbo maritus correptus esset, dolor tantus, ut non verbis tantum Alcestidis votum repeteret, sed anxiae curae etiam succumberet, quo amici eo magis affecti sunt, quod maritus ex periculoso morbo recreatus est. Et fortasse eodem modo Calli-crata *nova Alcestis* facta est, qualem praedicat epigramma iucundissimum Anthol. Pal. VII, 691, quamvis etiam alio modo

vitam pro marito obtulisse potest. Post mortem Philippi, ut Thebis factum videmus in epigrammaticis sacrophagi T. II p. 236 n. 6 editis et ut res ipsa ferebat ut saepe fieret, postea sepulcrum ab eo extractum a filiis eius et Pomptillae tribus et ipsi et posteris destinatum est, quod indicat inscriptio lacera supra portam tum addita:

ATILIAE. L. F. POMPTILLAE. MAMMEAE. OPTIMAE. F
[et c.] CASSIO. PHILIPPO PARENTIBVS. SANCTIS
L. ATILIVS. FELIX
. CASSIVS. LIB. POSTERISQVE. SVIS

17.

[Ἄνθος] ὄρεᾶς γαίης τὸ ποθούμενον ἐν στεφείεσσιν·
οὐνομά μοι τόδ' ἔ[φ]υ, Ἰάκινθος ἐνθάδε κείμει.
ζήσας ἔτη κέ.

Lapis Cumanus editus a Raymundo Guarini, *Lexici Oscani Latini stamina quaedam*, Neapoli 1842 p. 85, cuius quam dicit restitutio magis quam credi potest absurda est.

Θ. Κ.

ΟΡΑΙΓΑΙΗΕΤΟΠΗΘΟΥΝΕΝΟΝ
ΕΝΤΕΦΕΕΛΛΙΝΟΥΝΟΜΑΜΟΙΤΟΔΕ
ΥΡΑΚΙΝΘΟΕΝΤΑΔΕΚΕΙΜΑΙ

Z. ET. KE.

Hyacinthus supra inscriptionem insculptus defuncti nomen significabat pro more satis vulgato, de quo v. Syll. nostra p. 135 et Annales Instit. archaeol. Vol. XIV p. 214. Extinctum est ab initio vel ἄνθος, ut ἄνθεα γαίης dixit Cypriorum poeta, vel τέκνον, ut Aeschylus Sept. 273 flores vocat παμφόρον γαίης τέκνα. V. altero ἔφν posuit etiam G. F. Grotefendus in Recensibus Gottingensibus 1846 p. 508, qui in priore supplebat ἐνθάδ', sensu non perspicuo.

18.

Τίς βροτὸς οὐκ ἐδάκρυσ', ὅτι τόσσον κάλλος ἀπῆλθεν
εἰς ἀέθ'; ἦν ἠρπαξας ἀπὸ γονέων Μοῖραι κατ

ἦ)τις ἔζησεν ἔτη β', μῆνας ιά, ἡμέρας 6.
 Εὐψύχει Δροσερί· οὐδείς ἀθάνατος.

Romae in novo Museo Lateranensi in operculo sarcophagi minoris. Iuscriptio edita est in Iahnii et Klotzii Nov. Annal. philol. 1844 Vol. XLI p. 102 atque iterum 1845 Vol. XLIII p. 450 ex apographis Lud. Stephani. Scripta est novem versibus utrinque disperlitis intersita imagine defunctae, ut in Syll. mea n. 100.

ΤΙCΒΡΟΤΟCΟΤΚΕΔΔ
 ΚΡΥCΘΟΤΙΤΟCΟΝΚΑΑ
 ΔΟCΑΠΗΛΘΕΝΙCΑΕ
 ΡΑΗΝΗΡΠΛΑCΑΝΑΠΟ
 ΓΟΝΕΩΝΜΟΙΡΑΙΚΑ
 ΤΕΥΤ^ςΗΠΑΝ. ΤΙCΕΖΗ
 CΕΝΕΤΗ. Β. Μ. ΙΑ. Η. Ι
 ΕΥΨΥΧΙΔΡΟCΕΡΙC
 ΟΥΔΙCΑΘΑΝΑΤΟC.

Difficultatem incredibilem parat exitus secundi hexametri vel potius heptametri, ubi editor legit *KATΘ—ΦΙΑΝ*, nomen defunctae inesse putans, *Κατε . . . παν*, quum in priore scheda nomen non posse cognosci dixisset, et has litteras minusculis omnino non expressisset. Tum scripsit *Εὐψύχει δροσερά*. Mihi *Δροσερίς* nomen esse videtur, ut *Δροσίς*, *Δροσή*, *Δροσίλλα*, et fortasse pro vocativo scribendum *Δροσερίς*, cum post iota sigma minutissima forma, fere ut in sequente *ΑΘΑΝΑΤΟC*, in lapide extare videatur. Nullus praeter hunc in hoc marmore nomini apponendo locus relictus erat, quod in stelis supra hexametros scribi solet, ut in Iacobsii Append. n. 275 (C. J. I. n. 427): *ὅστις καὶ τίνος εἰμί τὰ πρόσθεν γράμματα φράζει*. Praeterea neque locus nomini aptus esset finis hexametri, neque ex litteris *κατε . . . παν* nomen Graecum extundi potest, neque denique *KATΘ—ΦΙΑΝ* est in marmore, sed est quod in apographo meo quantum potui expressi et quod etiam Henricus Brunn, quum a me rogatus haec signa post me denuo examinaret, agnovit. Tertia

et quarta versus littera, quas sequitur signum *h*, quod alias pro *H* ponitur, hic non potest esse *H*, obscurae sunt et incertae, iunctae autem cum sequentibus *hΠ* adeo mirae sunt, ut lapicida videatur, quum verbum in scripto legere non posset, posuisse quae nemo alius intelligere potest, ut saepe factum videmus in codicibus Latinis ubi Graeca immixta sunt. Hexametrum iustum expleret *τεθαλυϊαν*. Praeterea prior editor signum interrogationis ponit in fine prioris versus, tum scribit *ἡνῆρπασαν*. Sequitur apud eum *τίς ἔζησεν*, quo sensu, non dixit neque poterat dicere, et *μῆναι*, calami, ut videtur, errore. Droseris *ἀπῆλθεν εἰς ἀέρα, μακάρων εἰς ἀέρα*, ut est in Iacobs. Append. n. 244, 4. Quod scripsi *ἦτις* pro *τις*, ipsa unius litterae lacuna certum est. Prius *ἦν* ad sensum dictum est, tam pulcram puellam. V. 3 correxi *ἦρπαξε*. In eodem epigrammate apud Iacobium in Append. n. 281 v. 1 legitur *ἔξῆρπαξε* et v. 10 *ἦρπασαν* n. 271 *ἔξῆρπαξε*, n. 259, 1. 260, 5 *συνῆρπασε*.


19.

*Ἦμην ὡς ἦμην φωνὴν καὶ πνεῦμα καὶ εἶδος,
ἀριτιόκου φωτὸς ψύχιον ἐνδόθ' ἔχων,
αἴσιος ἐμ φιλότῃτι καὶ ὄλβιος ἐμ πραπίδεσσι,
μηδὲν ἄγαν φρονέων, θνητὰ δὲ πάνθ' ὀρώω[ν].
5 ἦλθον, ἀπῆλθον ἄμεμπτος, ἃ μὴ θέμις οὐκ ἐδόκνεσα,
εἴτ' ἦμην πρότερον, εἴτε χρόνοις ἔσομαι.
παιδευθῆν, παιδευσα, κύτος κόσμοιο πέδη[σα],
θείας ἔξ ἀθανάτων φασὶ φ[ρ]άσας ἀρετάς.
κεῦθει γὰρ φίλη με. τί δ' ἄγνων; ὅμως ὀνομήνης.
10. πᾶσι φιλητὸς ἀνὴρ τῆς Λυκίης Λιμύρων.*

Hoc epitaphium in urbe Sinigaglia in aedibus Baviera, quo marmor olim una cum multis inscriptionibus Latinis ab illustri sacerdote collatum erat, a. 1845 a se descriptum Guilelmus Henzen eodem anno mecum communicavit Romae tum commorante. Mentio eius facta est in Ephemeride Instituti archaeologici (*Bullettino*) 1845 p. 35, ubi de moribus

quidem philosophi Lycii, quales poeta describit, parum vulgaribus minus recte iudicatur. Sed parum intelligi poterat carmen antequam animadverteram primi pentametri alteram hephthemimerin, suo loco omissam, in fine adiectam esse.

Θ. HN K.

HMHN^ωCHMHN^{Φω}NKAIΠN^ΕΤΜΑΚΑΙΕΙΛΟC
 — ΑΡΠΤΟΚΟΤ^{Φω}ΤΟC —
 ΑΙCΙΟCΕΜΦΙΛΟΤΗΤΙΚΑΙΟΑΒΙΟCΕΜΠΡΑΠΙΛΕCЦИ
 ΜΗΔΕΝΑΓΑΝΦΡΟΝΕ^ωΝΟΝΗΤΑΔΕΠΑΝΘΟΡΟ^ω
 ΗΛΘΟΝΑΠΗΛΘΟΝΑΜΕΜΠΤΟCΑΜΗΘΕΜΙCΟΥΚΕΛΟ
 ΚΕΤΙΑ
 ΕΙΤΗΜΗΝΠΡΟΤΕΡΟΝΕΙΤΕΧΡΟΝΟΙCΕCΟΜΑΙ
 ΠΑΙΔΕΤΘΗΝΠΑΙΔΕΤCΑΚΡΤΟCΚΟCΜΟΙΟΠΕΛΗ
 CΑ
 ΘΕΙΑCΕΖΑΘΑΝΑΘ^ωΝΦ^ωCΙΦCΑCΑCΑΡΕΤΑC
 ΚΕΤΘΙΓΑΙΑΦΙΛΗΜΕΤΙΔΑΓΝΟΝΟΜ^ωCΟΝΟ
 ΝΗΑΗ
 ΠΑCΙΦΙΛΗΤΟC ΑΝΗΡΤΗ CΑΤΚΙΗCΑΙΜΤ
 Ρ^ωN ΨΥΧΙΟΝΕΝΔ  ΟΘΕΧΟΝ.

Lapididae scribendi inscitiam produnt syllabae plurium versus finales inter versus integros minoribus ductibus interpositae et menda varii generis. Versus primus, alter et tertius, Henzeno referente, minore spatio disiuncti sunt quam reliqui, unde licet conicere totum pentametrum primum ab initio omissum postmodo non totum interpositum esse, ut in 1. v. omissa syllaba *HN* superscripta est, sed dimidium ad finem reiectum quia in arctiore spatio aegrius exsculperetur. Et lineolae a fronte et in fine dimidii versus loco suo inserti indicare fortasse debebant, alteram partem alio loco esse quaerendam. V. 2. *II* pro *TI* ut v. 5. *MH* ligatum est. V. 3. in *ΠΡΑΠΙΛΕCЦИ* *Ε* et *I* finale sunt minutissima. Mendose scripta sunt in pentametro primo *ΕΧΟΝ*, v. 8. *ΑΘΑΝΑΘ^ωΝ* et *ΦCΑCΑC*, v. 9. *ΟΝΟΝΗΑΗ*. V. 5. Quaestionem inter Epicureos, Platonicos, qui animas ad aetherem redire crede-

bant, et Pythagoreos magnopere agitatum, laudi sibi tribuit philosophus Limyrensis, cum hominis captum transcendat, quod non vel scrupulose vel partium studio iactaverit. Haec rixa tam frequens erat, ut in eiusdem marmoris inscriptionibus erumperet, v. C. I. T. II p. 987 n. 1907 bb. Epicureus loquitur in epigrammate protomae inscripto in Museo Bononiensi, Syll. Epigr. n. 61, quod in eius Musei Catalogo p. 117 denuo edidit vir doctus Schiassi; Pythagorae sententia expressa est in epigr. ap. Diog. Laert. VIII, 44, quod emendatur in Zimmernmanni Diario 1834 p. 103. V. 7. Circumlocutionis *κύτος κόσμοιο* vagus est sensus. τὸ τῆς ψυχῆς κύτος Cicero apud Plat. Tim. p. 44 a vertit *animus*, καρδίης νοερόν κύτος, Orpheus ap. Clem. Alex. p. 63 et 723, κύτος οὐράνιον Synesius. Idem de insomn. p. 143 c ἐν τῷ κύτει τοῦ κόσμου. Sensus verborum κύτος κόσμοιο πέδησα esse videtur, philosophum mundanis rebus non nimis affici se passum esse, sed sensuum illecebris resistere didicisse. Ceterum hoc disticho eundem morum disciplinam iuventutem docuisse declaratur, modo recte lego hunc versum, in quo ἐξ aurem offendit, cum φωςὸ φράσας excusationem habeat. Sed ΘΖ non esse ἐξ, certum videtur, cum Sigma vicies septies forma legitima scriptum sit, Xy autem insolita quidem forma, Latini Z simillima, sed tamen non dubitabili, orta ex Ζ, quae est in sequente titulo, hoc solo loco extet: quo admissio etiam de verbo φράσας vix erit dubitandum. Divinae autem virtutes hoc in ore non sunt mysticae illae Neoplatonicorum, αἱ ἀκροτάται τῶν ἀρετῶν, ἃς ὁ ἐνθους Ἰάμβλιχος ὑπερφυῶς θεουργικῶς ἀπεκάλεσεν, uti legimus in Marini Vita Procli c. 26; sed nobiles, natura sua divinae, a diis hominum generi impertitae. V. 9. Abrupto orationis in hoc disticho generi accomodatus videtur sensus, quem interpungendo adoptavi. Usitatissima in titulis sepulchralibus laus est ἀγνόν dici (Iacobs. Append. n. 282, 5. 331 et al.), quam philosophus dum accipit, simul tamen pro modestia sua addit, verum verbi sensum neminem mortalium explere. At certo tribui ei potest alterum, quod fuerit πᾶσι φιλητός, adversativa autem non

sine vi omissa est. V. 10. Ross. Inscr. fasc. II n. 131:
χαίροις πᾶσι βρότοις, Εὐτύχου ἔκγονε πᾶσι φιλητέ.

20.

. . . ονω Τιβ. Οὐι[ελλ.

*Κεῖμαι πᾶσι φίλος, λείψας ἐν κλειτῇ [ἄπ]ασιν
οἷς ἀρέσας [ἔλαχον] θαλερὸν στέφος Ἡρακλῆος.
πά[ν]τα ἐνὶ στήθεσσι κάλυψε τὸ πάνσοφον [ἦτορ].
νῦν μνησθῆτ', [ὄτ]ι δεῖξ' ἴσα ζωὸς ζωοῖσι βροτοῖσι,
[νῦν] μέμνησθε λό[γων οὐ]ς ζωὸς ἔλεξα
εὐτύχου πᾶσιν ἔπι σ[υ]ν[ει]ς.*

In museo ducali Parmensi, a cuius Directore Lopez, Viro optimo et de illo museo augendo meritissimo, transmissum est hoc apographum, in quo litterae *A* et *M* formam habent minusculorum nostrorum, *Ξ* a vulgari Graeca abhorrentem, quam ad n. 19, 7 annotavi.

QVI IIVIETE

POSSIS

ONωTIBOYIT

KEIMAI ΠACIΦIΛO

A TIΨACENKAEITHI

ACINOICNAPECAC

ΘAΛEPONCTEΦOCHPAKΛHOC

NTAENICTHΘECCIKA

ATΨETO ΠANCOΦO

C NTN MNHCΘHTE

IΔIΞICAZωOCZωOI

TOICIMEMNHCCΘEAO

EZωOCCEAΞEATOT

TONOC ΠACINEPICIN

Pantomimum celebrari ex verbo *ΔΙΞ* statim agnovi; in aliquot vocabulis si verum non assecutus sum, non ita magnum erit damnum. Non melioris notae est epigramma in mimam Basillam a Iacobsio editum in Notis ad Append. Epigr. p. 970, post etiam a Petretlinio *Papiri* 1826 p. 61 et nuper in Arnethi Catalogo Statuarum, Inscriptionum al. musei imp.

Viennensis p. 18; nimirum haec ars ultima fuit omnium, quibus cultior aetas delectata erat. V. 1. κλειτή, vocabulum ignotum, nescio num hic significet famam, an idem quod κλητος, τὸ πλῆθος, a Ducangio ex Glossis mss. allatum, quo indicetur Collegium saltatorum, οἱ σύσκηνοι qui vocantur in inscriptione in Basillam. Versum sequentem intelligo de corona in festo Herculis accepta, cui alius saltator vel coronam vel aliud quid dedicat apud Muratorium p. XMLXXV, 4: P. RVSTICELLIVS SALTATOR HERCVLI VICTORI M. Hercules Victor pluribus in civitatibus, Tibure maximé cultus est. OICN, οἷσιν, contra metrum. Ad accusativum στέφος et λείψας et ἔλαχον miro modo spectare videntur. V. 4. ΔΙΞ pro ΔΕΙΞ, ut v. 1. ad ΑΙΨΑC omissum Ε postea additum est superne. Simplex ἔδειξα pro ἐπέδειξα, ut δείξεις pro ἐπιδείξεις in inscriptione, quam Lamiae descripsi et edidit etiam Ludov. Stephani in Itinere Graeco n. 16: παραγενόμενος ἐς τὰν πόλιν δείξεις ἐποιήσατο. Polybius apud Athenaeum XIII p. 576 f. Μύρτιον δὲ μία τῶν ἀποδεδειγμένων καὶ κοινῶν δεικτηριάδων, ubi Valesius ad Diod. Exc. p. 606, 65 Wessel. recte mimas intelligit. Orell. Inscr. n. 2620 LVSOR EPIDIXIBUS i. e. ἐπιδείξεισι. Poll. IV, 97 ἐπιδείκνυμαι de saltatoribus. V. 4. Mimium Vitalem, quod varias personas tanquam vivas repraesentaverit, epigramma elegantissimum Anthol. Lat. IV, 20 (n. 1173 H. Meyer.) v. 15. his verbis praedicat:

Fingebam vultus, habitus ac verba loquentum,
ut plures uno crederes ore loqui.

V. 6. εὐθύτονος, qui in rectum tendit, igitur apte et facete (*treffend*) respondens, reponens, intelligentia prompta (*συννείς*), insignis dictariis suis.

Ματ[ρόπο]λὶς μοι χθὼν Πέλοπος τὸ Πελασγικὸν Ἄργος,
Πνυταγόρας δὲ πατήρ, Αἰακοῦ ἔκ γενεῆς.

Εἰμὶ δε Νικοκρέων, θρέψεν δέ με γὰ περίκλυτος
 Κύπρος, θειοτάτων ἐκ προγόνων βασιλῆ.
 Στᾶσαν δ' Ἀργεῖοί με χάριν χαλκοῦ τίοντες,
 Ἴρα ὃν εἰς ἔροτιν πέμπο[ν ἄεθ]λα νέοις.

Eodem anno quo inventum est prope urbem Corfu epigramma in proxenum Menecraten (quod Romae commentatus a. 1845, Patris Secchii dissertatione de eodem scripta ratione habita, cum post multos alios a Franzio ex iisdem, quibus usus eram, illius civitatis Ephemeridibus cum annexis monumenti delineationibus nuperrime denuo editum videam, quamvis non in omnibus mihi cum doctissimo viro convenit, nunc nolo hic repetere) hoc quoque ediderunt Graeci duo, Georgius Chrysoberges (*Δοκίμιον περὶ τῆς ἐν Ἀργεὶ Νικοκρονοντείου ἐπιγραφῆς, ἐν ᾗ καὶ περὶ τῆς ἐν Κερκύρα ἀνακαλυφθείσης Μενεκρατείου, ἀντισχεδιασθὲν ὑπὸ Γ. Χ. ἐν Ναυπλίου* 1844) et Christophorus Philetas (*Διάλεξις περὶ τῆς ἐν Κερκύρα Μενεκρ. ἐπιγρ. ὑπὸ Χ. Φ. ἐν Κερκύρα* 1844 p. 32—35.) Ego ex Philetas libello Romae exscripsi; postea ex priore repetitum vidi etiam a. L. Rossio *Archaeol. Zeitung* 1844 p. 344—50. Lapis pertinuit ad basin cum statua regis Nicrocreontis, de quo accurate disputasse Chrysobergen dicit Philetas simulque de genealogia regum Cypri et plura ex libro eius excerpserit Rossius. Phytagoras, de quo v. Theopompus ap. Phot. Cod. 176, Euagorae filius fuit et frater Nicoclis, noti omnibus ex tribus sermonibus ad eum missis ab Isocrate, in cuius Encomio Euagorae c. 26 pro *Πρωταγόρας* Chrysoberges nunc restituendum vidit *Πνυταγόρας*, ut apud Diod. LXVI, 46 pro *Πρωταγόρας* et LIV, 4 pro *Πυθαγόρας*. Epigramma sex versibus scriptum videtur; nam quod in apographo primi, tertii et quinti quae spatium folii non caperet, *KONAPTOΣ, ΚΑΤΣΤΟΣ* et *ΤΕΣ* ab initio versuum subscripta sunt, non veram tituli imaginem repraesentare suspicor. V. 1. *IAT . . . \NIS*, non esse *Ματρὶ πόλις μοι* vidit Philetas. Argos quod dicitur *χθών*, Kuesterum idem ad Aristoph. Thesmoph. 115 conferri iubet. V. 3. *IA* cum compareat,

uterque Graecus digamma *I* substituit, ἡ περίκλυστος, quod et ab articulo alienum, et, nisi esset, tamen non debebat poni, quia omnino veteris scripturae in toto epigrammate vestigium non adest. Scripsi γᾶ, Rossius γ' ἄ. Sophocles Antig. 928 ὦ γῆς Θήβης ἄστν πατρῶον, Eurip. Iph. Aul. 801 γῆν γὰρ λιπὼν Φάρσαλον, pro adiectivo, quod Androm. 22 legitur γῆς ἐᾶ Φαρσαλίας. V. 6. Chrysoberges πέμπο[νθ' ὄπ]λα, vel hoc sensu: ἔστησάν με εὐχαριστοῦντες πέμποντα ἐκ χαλκοῦ ὄπλα, vel hoc: ἔστησάν με εὐχαριστοῦντες πέμποντι ἐκ χ. ὄπλα. Philetas: τὸν ὄποον ἐπεμπα (πέμπ' ὄν) εἰς ὄπλα τῶν νέων, εἰς ὄπλισμὸν αὐτῶν, securus praeterea de prosodia vocis Ἑραίων, *Heracorum*, quam a Chrysoberge acceperat. Cui autem, qui quidem Pindarum legerit, non in mentem veniat ἀσπίς Ἀργείη, proprium Achivorum et primum certamen in quo scutum aeneum etiam praemium propositum erat?

22.

Ἀντιπάτροιο Θύγατρα νέην ἔτι Καλλικλεία[ν]
 Λίνδος ἀνέστασεν πρεσβυτάτα πολίων,
 μᾶμμης ἠῦκόμοιο χαριζομένη γεράε[σσι],
 ἢ ποτε καὶ χρυσῆν εἰκόνα θῆξε Κόρης.

Lindi descripsit L. Rossius, v. huius Musei Vol. IV p. 190. Γέρατα non honores, dignitates sunt, sed munera diis civitatis dedicata, inter quae insignis fuit imaguncula aurea Proserpinae; nam de hac, non de Calliclea sermonem esse, non videtur dubium. Μάμμη autem hic mater est, non avia.

23.

Νικίας με ἀνέθηκεν Ἀπόλλωνι υἱὸς Θρασυμήδεος.
 Ἔργων ὧν ὁ πατὴρ ἠργάσατο τὴν δεκάτην σοι.

Calymae in ruderibus templi Apollinis. L. Rossii Inscr., Gr. fasc. III n. 298. Thrasymedis Parii opus erat Aesculapii colossus χρυσελεφάντινος in templo Epidauri, Pausan. II, 27, 2. Inscriptiones diversae sunt, pedestris altera, altera metrica, in qua supplendum ex priore nomen dei et praeterea ἀνατίθημι.

In epigrammate Anthol. Palat. XIII, 25 Timodemus Cereri Pylaeae τῶν κερδέων δεκατεύματα dédicat ex voto. Non bene haberet ad ἔργων quod scribi posset τήνδ' Ἐκάτην, quamvis statuum fuisse decimam dedicatam probabile est.

24.

Κό. Βαλέριος Ἰουλιανὸς Σμυρ.
 Ἀσκληπιῶ ἰητῆρι Διὸς Σωτήρος ἄγαλμα
 σὺν βύσει ἀργυρέῃ γύψου μεσιτῇ ἀνέθηκεν,
 ἄσταθμον ὡς εἶη καὶ ἀτείμητον καὶ ἄχραντον.

Ex Maffei Mus. Veron. p. XXXVIII et Donat. p. LXIX, 6 edidit Boeckhius C. I. T. II n. 3159. Synzesis eadem deinceps in primis duobus vocabulis. Deorum statuac in aliorum deorum templis dedicatae pariter atque mortalium nunc notae sunt innumerae.

25.

Λοκτικίου μορφῆς [μὲ]ν ἔχω τύπον· εἰκόνα δ' αὐτ[οῦ]
 θεοσεσίης ἀρετῆς φορέει στόμα φωτὸς ἐκάστου.
 Τίς τὸδε καλὸν ἄγαλμα; τίνος χάριν; ἢ τίνοι φωτῶν;
 ἢ πόλις ἀντ' ἀγαθῶν Λοκτιμίῳ μεγάλω[ν].

Laodiceae ad Lycum, hodie Eski-Hissar (παλαιόκαστρο) in epistylίο columnae (quae basis forma non insolita est v. Rossii Hellenic. fasc. II p. 97.) C. I. T. III p. 41 n. 3943, V. 1. in fine *ATTE*.

26.

Κρύπτω τῷδε τάφῳ Σοφοκλῆν πρωτεῖα λαβόντα
 τῇ τραγικῇ τέχνῃ, σχῆμα τὸ σεμνότατον.

Epitaphium inter pauca memoria dignum, ex ipso poetae patrio sepulcro, undecim stadia ante urbem versus Deceleam sito. V. de statua Sophoclis in Annalium Instituti Archaeol. Vol. XVIII not. 22. Vitae Sophocleae scriptor, cui id debetur,

famam refert, ex qua Lysandri iussu et Sophoclem sepultum et haec ipsa verba inscripta esse credebatur. Nimirum quanto hoc honorificentius poetae si vel homo Spartanus et inimicus Atheniensium palmam ei adiudicasset. *Καὶ Λύσανδρος πυνθανόμενος παρὰ τῶν φυγάδων, τίς εἶη ὁ τελευτήσας, καὶ μαθὼν ὅτι Συφοκλῆς ὑπάρχει, κήρυκα πέμψας ἐδίδου θάπτειν· λαβῶν δέ φασιν ἐπέγραψε τῷ τάφῳ τάδε.* Ad λαβῶν intel-
lige τὸν νεκρὸν, quem comitante caduceatore filii in praetorium adduxissent, non τὰς Ἀθήνας, quod proponit Fr. Ritterus Didymi Opusc. p. 151.

27.

*Τρεῖς σοφίης πολυῖστορος ἔκκριτοι ἀστέρες οἶοι,
ἐνθήμενοι βίβλοις ὄλβον ἀπειρέσιον,
Ἀρχύτας ἤρξε, Πλάτων πλάτυνε, τέλος δ' ἐπὶ πᾶσιν,
ὡς ἔτυχε κληθεῖς, θῆκεν Ἀριστοτέλης.*

I. Bekk. Anecd. Gr. T. II p. 472. Cramerii Anecd. Paris. T. IV p. 282 in Excerptis poeticis Codicis 352. V. 3. Bekk. πλατύνεις. Cramer. p. 281. Πλάτων ὁ κλεινὸς ὁ πλατύνων τὰς φρένας.

28.

Cic. Tusc. I, 48. *Simile quiddam est in Consolatione Crantoris: ait enim Terinaeum quendam Elysium, cum graviter filii mortem moereret, venisse in Psychomantiam, quae-
rentem quae fuisset tantae calamitatis causa: huic in tabellis tres huiusmodi versiculos datos:*

*Ignaris homines in vita mentibus errant.
Euthymous potitur fatorum numine letho.
Sic fuit utilius finire ipsique tibi que.*

Graeca habet Plutarchus de Consol. c. 14:

Ἦρον νῆπιε· ἡλιθιοὶ φρένες [ἀνθρώποισιν ἕασιν·]

Εὐθύνοος κεῖται μοιριδίῳ θανάτῳ.

Οὐκ ἦν γὰρ ζῶειν καλὸν αὐτῷ, οὔτε γονεῦσιν.

Primum versum explevi, cum apud Plutarchum exeat in φρένες ἀνδρῶν. Aliter expleverunt Hadr. Iunius et Bachet de Meziriac: ἧ που νήπιε Ἑλλύσι' ἡλίθιοι φρένες ἀνδρῶν, et placuit Wyttenbachio hoc Ἑλλύσι' ἡλίθιοι.

Epigrammatum Thebanorum a nobis in Musei T. III p. 236 n. 6 editorum apographum sero inveni cum schedas evolverem a Mustoxide, cum in Corfu urbe cum salutarem, acceptas: quicquid enim chartarum epigraphicarum ex eo inde tempore, quo in administranda novicia Graecorum republica in insula Aegina partes eius fuerunt honorificae, undecunque collectarum conservaverat, benevole mihi tradidit Vir cl. Quo apographo quamvis non in integrum restituitur prius epigramma, nolo tamen privari antiquitatis scrutatores. Est autem hoc, nisi quod litterae Ω formam inversi Μ similem non exprimo.

ΜΑΡΜΑΡΕΗΛΙΘΟCΙΜΙΦΕΡΩΔΕΝΓΑCΤΕΡΙΦΩΤΑ
 ΝΗΛΑΤΜΟΝΤΗΝΟΝΕΧΟΝΤΑΚΑΙ...ΕΝΟΙCΤΕΠΑΡΟΝΤΑ
 ΟΝΔΗΜΟCΧΡΥCΩCΤΕΦΑΝΩ ΜΗ .
 ΒΟΥΛΗΤΑΤΤΟΝΕΠΡΑΞΕΠΑΡΗ ΟΙC
 ΚΕΙΤΑΙCΝΜΑΛΕΟΝΤΟCΑΙ
 ΖΩCΙΜΟCΤΙΟCΕΓΡΑΦΕΤΟΠΑΡΙ
 ΕΜΠΝΟΤΝΦΘΕΝΓΟΜΕΝΗΝΑΔΕΩC
 ΟCΤΙCΔΑΝΤΟΑΜΑΘΕCΘΑΙΝΕΚΤΝΕΙCΕΜΕΝΗΛΑΤΝ
 ΧΩΡΙCΤΟΤΠΑΙΔΟCΠΑΤΕΡΟCΟΥΕΧΩΚΑΡΑCΤΡΟC
 ΔΩCΕΙΤΗΤΕΠΙΟΛΕΙΚΑΙΤΩΤΑΜΕΙΩΑΝΜΤΡΙΑ

Octo iambos, qui sex versibus exarati sunt, non exscribo, quum pauca sint quae discrepent ab editis. Emendantur tamen hinc nonnulla. Pro Ἀνήδυμος enim V. 2 et 3 scribendum ὁ Νήδυμος, ΟΝΗΛΑΤΜΟC utrobique. V. 6. ΗΝ pro ἄν. V. 8. ΑΛΛΑΓΓΕΝΟΤC, tum ΠΑΝΠΕΙΖΟΝ, igitur πάνριζον, vocabulum novum, sed loco suo accomodatissimum. Adest in scheda etiam tertium eiusdem sarcophagi epigramma

in C. I. n. 1656 editum, sed destructum quale inveni, ita ut septem fere litterae singulis versibus uno tractu transverso excisae sint. V. 6. *OAIΓωN* legitur pro *OAIΓON*, quo non tollitur receptae scripturae et constructionis obscuritas, sed oritur nova. V. 9. ad *ΕΙΝΕΚ* additus est semicirculus, apostrophi nota.

Fr. Th. Welcker.
